



Laurent.

Et D. Laurentius Novar. homil. de Penitent. ait, quod Crux est arbor oporabilis salubri medicamine plena.

QUESTIO XXXIV.

Quare serpens in figuram Christi erectus aeneus erat potius quam ligneus, vel alterius materiae?

194.

Abulens.

August. Abulens.

195. August. Iudor.

Christi immortalitas est aternitas. Rupert. Christus sine peccato.

Hugo. Duplex Christi natura. Christi in passione patientia. Job. 6.

Hugo. Christi fortitudo in passione.

Isai. 63.

196. Euthym. Christus durus contra peccatum. Ierem. 1.

Christus in cruce nostri amore inflammatus.

unigenitum daret. Octavo. Es igne ex duplici conflatur metallo; ita ineffabile Christi compositum igne charitatis ex duplici natura humana & divina conflatum est in unitate supposito.

Nono, D. Augustinus sermone citato 101. de tempore. Albertus Magnus, Carthusianus & alii. Aes inter omnia metalla est valde sonorum, & maximè in longinquum se facit audiri; & significat sonum illum, qui de cruce Christi in totum terrarum orbem exivit: nam Christus in cruce pendens clamavit clamore magno, & valido, ad Heb. 5. num. 7. Et crux fuit velati cymbalum, cuius magno sonitu totum Christum Dominus adimplevit orbem, ac ut verus magister alta voce docuit e suggestu, Ion. Aurelianensis lib. 1. de cultu imaginum, ait, quod crux fuit antiantiatio Apostolorum, quae in sonitu in totum terrarum orbe, qui enim veluti obturatis auribus surdecebant, nec magna audire, nec consensu qui poterant, forma crucis resonare, ad ea preparantur, eaque percipere, ac penetrare valent.

Celebrata Coena, institutaque Eucharistia sacra, ac discipulis data, Dominus eis in sermone suo multa mysteria pandit; ac tandem ait: Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Joan. 16. num. 12. Si discipuli inter tot mysteria, ac sacra Eucharistia rebotati, illa audire, & portare non possunt quando erit, tempus? Cum Dominus crucem ascenderit; ipsa enim crux magnum sonitum excitavit in orbe, magnam vitam habet, ut obstacula removeat, aperiat aures, intellectum acuat, omniumque eruditionem praestet. Didymus lib. de Spiritu sancto. Hoc dicit, inquit, quod auditores verborum eius nondum fuerant omnia consecuti, sed aliqua iradens eis, ob quae majora erant, in posterum distulit, quae tunc non poterant, nisi primis in capite nostro magisterium, & forma crucis praerer. In coena tot inter sacramenta profundaque mysteria, magna eis revelantur, sed multo majora reservantur in posterum, ut forma crucis duce audiant atque percipiant.

QUESTIO XXXV.

Quare potius adducitur serpentis figura in deserto, cum alia multa essent in lege veteri, quae Christi passionem exprimebant?

Multa erant in lege, quae Christi passionem representabant, ut Abrahæ sacrificium, Agnus Paschalis, & ad hanc figuram pertinebant holocausta antiqua, & alia multa. Cur ergo inter tanta typus serpentis exaltari in deserto eligitur?

Respondet primò, quod meritò serpens exaltatus in deserto hic producit inter omnes alias figuras; quia incarnationem, adventum, vitam ac Christi passionem, peccatorum remissionem per eum datam maximè adumbrat. Serpens erat aeneus: as autem, ut notat Rupertus, sit, non ferro candente, sed igne constante; ita Deus, & homo, non praefixo semine humano, sed

Christus de Spiritu sancto conceptus. Cynill.

Christus potius pro signo salutis. Luc. 2.

Epiphani.

201. August.

Dum Christi aspiciens, vivimus, Hugo. Christus in cruce asseruus à suis.

Isai. 63. Job 6.

Mat. h. 1.

Apertu Christi à peccatis mortuè liberamur.

202. Christus dat vitam aeternam.

Chryso.

fed igne Spiritus sancti operante conceptus est. Secundo, ut ait D. Cyrillus lib. 1. cap. 50. Illud simulachrum apparebat serpens, & erat simile serpenti, sed vere non erat; ita Christus venit in similitudinem carnis peccati, Ad Roman. 8. & numero 3. & in veritate non erat peccator. Tertio. Serpens iustus est pro signo, scilicet salutis credentibus; nam incredoli non sanabantur: ita Christus Dominus, ut dixit Simeon Luc. 2. n. 34. Postus est in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum cui contradicetur. Et haic signo maximè contradicetur est Judæis dicentibus, illum esse maleficum, demoniacum, & seductorem. Quarto. Serpens valde contemptibilis, & execrabilis ab omnibus reputatur: ita omnes, ut testatur D. Epiphanius haereti 37. Instar serpentis Dominum Salvatorem ignominia afficiébant.

Quinto: ut notat D. Augustinus lib. 1. de peccato merito, & veniis, cap. 31. Serpens exaltatus est in ligno, ut facile à veneno infectis videri posset, sic Christus exaltatus est in ligno, ut omnes ad ipsum oculos levemus, & ita vitam consequi valeamus. Sextò, ut advertit Hugo, serpens exaltatus est in deserto, id est, Christus crucifixus est in patibulo, ubi desertus fuit à mundo, ab amicis, & etiam quodammodo videtur desertus à Patre Isai. 63. n. 3. Torcular calcavi solus. Job. 6. num. 13. Ecce non est auxilium mihi in me, & necessarii quoque mei, ecesserunt à me. Matth. 27. n. 46. Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Septimo, ut notant omnes Patres. Qui mors à serpentibus ignitis erant venenati; aspicientes serpentem aeneum sanabantur: qui verò eum contemebant, ignito morbo, hoc est, vehementissimo calore interibat. Morsus serpentum, peccata sunt quibus plagatum est genus humanum ab antiquo serpente diabolo. Qui ergo in Christum crucifixum credunt, à peccatis liberantur, & vitam consequuntur aeternam, qui verò non credunt, pereunt, & gehennali igne torquentur. Octavo, In serpente mors Christi figurabatur, in are ejus aeternitas, ut dixi superiori quaest. Nono, In eodem serpente aeneo, seu ignito, ignea Christi charitas adumbratur, ut dixi eadem quaest. Ergo quamvis aliae essent figurae quae unam, vel alteram actionem passionis Christi representabant, tamen serpens omnia maximè exprimebat, scilicet passionem, causam patientis, & conditiones ejus, & fructum ipsius, & quomodo illius participes simus.

Secundò principaliter ad quaestionem. Typus serpentis hic ad intentum Christi Domini aptus maximè erat; nam ipse Nicodemo indicare intendebat, ad vitam aeternam consequendam hominibus esse necessarium, ut in ipsum crederent. Ergo ad praesens nulla erat aptior figura, quam serpens; sicut enim illis, qui mors à serpentibus erant, ad vitam obtinendam opus erat, ut aeneum serpentem intuerentur: ita exigitor à nobis lethaliter à diabolo vulneratis, ut ad Christum oculos subleveremus: Et tacite Dominus occurrit objectioni, ut notat D. Chryostomus homil. 26. Ne quisquam diceret: Quomodo possunt credentes in Crucifixum salvi fieri, cum se à morte non liberaverit? Nam si serpens aeneus, res inanimata, & vita carens, ex Dei virtute potuit vitam conferre, quanto majori fruatur beneficio, qui in Crucifixum credunt? Sylveira in Evang. Tom. 11.

Tertio, D. Petrus Chryologus sermone 55. In dæus, ait, serpente videbat Christum, quia impius oculus Deum videre non potest, non potest videre pietatem. Loquebatur Dominus Nicodemo, & in eo, ut saepe diximus, cum omnibus Judæis, & illis se exhibet, ac ostendit sub specie serpentis, qui maximè terrificat ac horrorem incutit; nihil enim pietatis, ac misericordiae impius in Christo videt, sed tantum supplicium: ut ab eo damnetur, ac in aeternum crucietur.

Quarto, ut obsecratam Nicodemi mentem illuminaret Dominus, caliginemque ab ea depelleret, figuram hanc serpentis in ligno exaltati adducit in medium, quia in ea sancta Crucis virtus maximè exprimebatur, quae potenter tenebras dissipat; superiorum myfteriorum lumen ac eruditionem diffundit & omnis Christianae sapientiae communicat magisterium. Ait Isaias cap. 13. num. 2. Super montem caliginosum levate signum: seu super montem tenebrosam, ut vult D. Hieronymus, Signum illud elevari iustum inter caligines, & tenebras, crux est victoriae nostri Salvatoris vexillum, ut tenet Glossa Interlinealis, & Moralis. Sed cur tam praeclearum signum, tanti triumphi monumentum, non inter Solem, & lunam, non inter lucidissima sidera, non inter candelabra aurea erigitur, ut ab omnibus intueri valeat: sed inter densissimas caligines figuratur? Optime sanè Deus multus in misericordia omnibus providens; hoc signum salutariter dedit ad dissipandas omnes ignorantiae, ac errorum tenebras; nam ubi crux apparet, statim omnes vitiorum caligines excutiuntur, ac fugiunt. D. Aëledus citatus à Tilmanno in allegor. Super montem, inquit, caliginosum vexillum crucis extollitur, ut sua virtute mundi potentiam premar: Maximè autem premitur potentia mundi, dum ejus fallacia dogmata refutantur.

Ait Regius Vates Psalm. 4. num. 6. Multi dicunt: Quis ostendet nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti letitiam in corde. Inter insurgentia undique mala, ac mundanas varietates multi de veris acquirendis bonis sollicitos se exhibent & ita legit Pagninus: Quis videte nos faciet bonum; Ad quod respondent Iusti: Signatum est super nos lumen vultus tui, seu, ut ex Hebraeo legitur Author Catenæ, & Genebrardus; Signum seu vexillum lumen vultus tui super nos. Signum, seu vexillum Dei est maximum & praeclearissimum lumen, hoc enim indicat verbum, vultus seu facies tua, hoc quippe lumine eruditi nos in beatitudinem, omniumque bonorum cumulum convolvimus. Sed quodnam est vexillum, seu lumen hoc super nos signatum. Nullum aliud, nisi sanctae Crucis signum oculos nostros aperiens, & in supremam felicitatem nos deducens. Cassiodorus ibi: In crucis impressione lumen est vultus Dei, quia in eis semper noscitur radiare, qui se non aliqua eligunt pravitate polluere, sicut dicit Apostolus: Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. Et idem habet Theophanes orat. de Exaltatione S. Crucis.

203. Chrysol. Impius in Christi, non misericordiam, sed iustitiam videt.

204. Crux nos illuminat, & docet.

Isai. 13.

Hieron.

Gloss.

Aëled.

205. Psalm. 4.

Pagnia.

Author, Cat. Genebrad.

Crux nos illuminat.

Cassiod.

Theoph.